UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Eodem instanti labitur unus ex tecto; & nascitur infans, ad quem eundum est D. Parocho. n. 53.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

ve Chriſtiane ipſum baptizes : & ſi hoc feceris in periculum vitæ tuæ te conjicies : quid igitur faciendum?

℞. Te obligari in conſcientia talem pervulum baptizare. Ratio eſt, quia quisque tenetur vitam ſuam corporalem prodigere pro ſalute ſpirituali proximi conſtituti in extrema neceſſitate. Ita cum D. Thom. 2.2 q. 26. a. 5. ad 5. omnes Catholici. Ex illo Joan. Epiſt. 1. c. 3. *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam poſuit pro nobis. & nos debemus pro fratribus animam ponere.*

CONFERENTIA. XXV.

52. TEmpore peſtis mulier parturiit, nec novit formam Baptiſmi, nec alius adeſt, qui noverit: an teneatur Parochus baptizare, ſi probabiliſſimè timeat, ne contrahat peſtem, cùm interim ſit ſolus in pagò, & alii plures laborent eodem morbò deceſſuri absque Sacramento Pœnitentiali, ſi Parochus moriatur: an ita teneatur ſe hujusmodi periculo exponere.

℞. P. Gob. hic tr. 2. n. 233. Ubi periculum majus prævidetur, ubi procul dubio eſt plenius conſulendum pluribus quam uni. atque ita etiam ſentit *Ean. tom. 3. diſp. 2e u. 62.*

CONFERENTIA XXVI.

53. EOdem planè tempore & momento labitur ex tecto murarius, & naſcitur infans, quorum alteruter certo morietur absque

Sacra-

Sacramento, ſi poſt ponatur alteri: ad quam eundum eſt Domino Parocho.

℞. Curet infantem per Laicum, ſi quis adſit ſciens & potens baptizare, & advolet ad lapſum: ſi vero non ſit, qui poſſit Baptiſmum ad miniſtrare, præferat in fantem viro. Ratio prioris reſponſionis eſt, quia ſic utrique ſuccurritur: poſterioris autem, quia ubi difficultas occurrit, accipiendum eſt illud, quod, habet minus periculi, ait *Doct. Angel. 3. p. q. 83. a. 6. ad 2.* in propoſito autem mutario minus periculi eſt quàm infanti, dum ille poteſt ſeipſum juvare per contritionem & deſiderium confitendi, hic autem minimè.

CONFERENTIA XXVII.

Quidam Sacerdos ad omnia tardus, ſua cunctatione ſæpe in cauſa eſt, quod infantes absque Baptiſmo moriantur: Quid talis mereatur, ℞. in can. quicunque *diſt. 4. de conſecr.* dici, deponatur, Et ſolent ſeveriſſimè puniri. 54.

CONFERENTIA. XXVIII.

Quid faciendum Parocho, qui ſub Sacrificio Miſſæ monetur, infantem recens natum animulam agere, necadeſſe, qui ſciat baptizare. ℞. P. Gob. ubi ſup. n. 250. eum depoſitâ caſulâ debere accedere ad ſub veniendum periclitanti [etiam poſt Conſecrationem, peractoque illo tam urgente negotio, perficere Sacrificium. 55.

CON-